

EXERCITIUM THEORICO-PRACTICUM

DE

*Utilissima & frequentissima*

USUCAPIONUM  
ET PRÆSCRIPTIONUM  
MATERIA.

Quod

AUSPICANTE

DEO TRIUNO, OPTIMO, PRÆPOTENTISSIMO.

JUDICANTE

Nobilissimo & Amplissimo Jctorum ordine,

PRÆSIDENTE

*Clarissimo & Consultissimo Viro*

D<sup>N</sup>. JOHANNES SVEVIO,

J. U. D. & P. P. NEC NON CURIÆ

Provincialis & Scabinatus Adfessore dignissimo, Præceptore  
& affine suo omni observantiæ cultu pro-  
sequendo.

IN ILLUSTRISALANA

*Publicè examinandum proponit*

JOHANNES STADIUS STYRUS,

Ad diem 18. Junii, Anno 1614.

J E N Æ

TYPIS HENRICI Rauchmause.

28.

1614, 19

19



24

INSTITUTIONES  
DE  
MATHESIA  
ARITHMETICAE  
ET ALGEBRAE

INSTITUTIONES  
DE  
MATHESIA  
ARITHMETICAE  
ET ALGEBRAE

JOHANNES KEPLER  
AUCTOR

JOHANNES KEPLER  
AUCTOR

Typis Hahnianis





*Ad præstantissimum ac doctissimum Dn. Jo-  
hannem Stadium de Præscriptionibus disputantem,  
Affinem suum percharum.*

**P**fers materiæ nobis ex jure petitas  
Difficilis, quæ sunt, utilis atque, theses.  
Fortiter, ut subeas dubii certamina juris,  
Flagrantis monstres ac studii specimen.  
Almæ aditus Themidis patet ad penetralia sacra,  
Inde tibi veniet non periturus honos.

*Ortolphus Foman D.*

**P**ræscribit vigilans, sua, sed qui negligit, ille  
Amittit, pœna hæc desidia esse solet.  
Ut tibi præscribas æternum nomen in orbe,  
Invigilas studijs nocte dieq; tuis.  
Macte tuâ virtute, tibi sua præmia servat  
Alma Themis, generis gloria, JANE, tui.

*Johannes Suevius D.*

*Ad eundem Amicum optimum.*

**H**actenus intentus studiis civilibus, horas  
Partitas gratis voluisti addicere scitis,  
Omni ex historiæ lectis hinc inde medullâ;  
Et quid Aristoteles, quid Plato & cætera turba  
Tradiderit, quod sit nostrate ex temporis usu,  
Quis status Imperii Latii, quæ forma regendi  
(Quantum scire licet nobis) evolvere mecum  
Sudasti assiduus: sed nunc, doctissime STADI,  
Publica sepone, & totum te trade Themistæ,  
Privatasq; intra simili fervore lacunas  
Juris inexhausti, & quantum Præscriptio possit  
Contra jus de jure vide, sit SVEVIUS auctor  
Strenuus, huic tutò poteris confidere, cui non  
Ulla in civili latebra est incognita jure.

*Sic*

Sic fiet, firmante Deo præfagia vatis,  
Ut cum te reducem susceperit urbium ocellus,  
Austriadum decus, & prælustre Vienna tribunal,  
Quod nunc præsentî commendat numine Cæsar,  
Utilis esse queas civis, patriæq; tuisq;  
In qua parte tuas poscat Respublica opellas.  
Fiet item, ut tunc è doctrina & laude clientis,  
Crescat honos, crescat Salanæ fama magistræ.

Joannes Gryphiander J. U. D. & P. P.

*Suo Φιλαδελφῶ & Commensali suavissimo.*

**Q**uis non, te teneris, STADI, miratus ab annis,  
Conatus satagat condecorare tuos?  
Qui modo collectos hyberno tempore fructus  
Eunomiæ gratus, ceu pia thura, sacras.  
Haut ergo, ut flevit cervo Cyparissus adempto,  
Cum sua perspiceret cortice membra tegi;  
Sic themis exclamet, pelagi disjecta sub undas  
Jura tegi, radiis & viduata suis.  
Hæc quoniam, exercens forti virtute palestram,  
Eruis, illustras, luce beasq;: Vale.

Gottlieb vom Hagen Eques  
Megapolitanus.

*Eidem Amico dilecto.*

**D**um stadium curris studii quod publica spectat  
Præscriptam ad metam rectâ, doctissime STADI,  
Pergis; At à Themide istuc (qua sine devius errat  
Publica qui crepitat) monstratum iter, atq; viarum  
Compita legitimûm concessa PRECARIO habebas.  
Nunc nifus meliore FIDE TITULOQVE, laboras  
In Themidem, sibi nil à te rebusq; timentem.  
Ad privatorum causas præscribere tritam  
Sæpius haud cessante viam juris pede: Mens hæc  
Ni tua sit, quovis certem, themata ista cudendo,  
Ut tentes, si JURE suo devincere Divam  
Posses, præreptos fines & Jura dolentem  
Perge, & erit præscripta omnis tibi semita Juris.

Matthias Bortius WisMariensis.



*Exercitium Theorico-practicum*  
De  
**USUCAPIONUM ET  
PRÆSCRIPTIONUM**  
MATERIA.

THESIS I.

**V**usucapio quasi per usum captio  
& ablatio ab usucapiendo: *a*  
Præscriptio quasi temporis præ-  
finitio vel præfixio à præscribendo, id est,  
præfinito vel præfigendo dicitur *b*.

*a arg. l. justo errore 44. §. 2. ff. de usucap. l. aliud est capere.  
21. de V. S. Wesemb. in Par. h. n. t. n. 2. Althuf. lib. 1. Jurispr.  
Rom. c. 16. b c. 2. de concess. præbend. c. singulis. d. 86. Franc. Balbus  
in tr. de præscr. p. 1. q. 2.*

II.

Usucapio olim à præscriptione mul-  
tùm distabat, rebus videlicet possessis &  
loco, *a* tempore acquirendi, *b* & acquisi-  
tionis effectu, *c*.

*a Usucapio enim erat rerum mobilium omnium & immobilium  
soli Italici: præscriptio autem solummodò prædiorum provincialium  
& sic tantùm rerum immobilium, pr. f. hic, l. unic. C. de usuc. transf.  
Unde constat usucapioni locum fuisse tam in Italia, quàm in provin-  
ciis; præscriptioni verò tantùm in provinciis. d. l. unic. & d. pr. Con-  
tius lib. 1. disp. c. 11. b mobilia enim ubiq; uno anno, immobilia soli*

A

Italici

*Italici biennio usucapiebantur: provincialia verò longo tempore, decennio inter presentes, & vicennio inter absentes præscribebantur d. pr. & d. l. unic. l. emtor. C. de præscr. long. temp. l. præscriptione. 7. C. Quibus non objicitur long. temp. Donellus 5. Comm. 4. Cisnerus in l. 1. h. n. t. n. 21. c. Quia per usucapionem olim acquirebatur dominium, & si res amissa esset, actio in rem directa. l. 3. ff. hinc l. 1. §. 1. ff. de publ. in rem act. per præscriptionem verò non quidem dominium, sed tamen jus quoddam dominio proximum, possessio nempe & exceptio. l. superlongi penult. C. de præscr. long. temp. & quandoq; utilis actio. l. 10. ff. si servit. vind. l. 1. §. f. de aqua plu. arc. l. 8. in pr. C. de præscr. 30. ann. Donellus d. loco.*

III.

Hodie verò differentia illa partim ab Imperatore Justiniano sublata; a partim præscriptioni communicata est: b Unde etiam ut plurimum utriusq; vocabulum alterum pro altero promiscuè usurpari solet c.

*a Hodie siquidem non tantum res Italici soli, sed etiam provinciales, imò omnes res sive mobiles, sive immobiles, quæ sub Imperio Romano sunt, usucapi vel præscriptione acquiri possunt, in f. pr. I. hinc & l. unic. C. de usuc. transf. b l. unic. C. de Nudo jur. Quirit. toll. in f. & d. l. unic. de usuc. transf. arg. Rubr. hujus tit. in I. Donellus 5. Comm. 4. Vultejus ad pr. hujus. t. n. 8. Clarissimus Dominus Ortolphus Fomannus Præceptor & Adfinis meus avum colendissimus. Disp. Imp. 12. th. 1. lit. d. & e. c. gloss. in l. 3. ff. hinc. Baldus in l. 1. C. de serv. fugit. Fr. Balbus d. tr. de præscr. p. 1. q. 3. Maxime verò Pragmatici nullam differentiam attendunt, scientes loquendi consuetudini & usui plus esse tribuendum, quam strictè verborum proprietati inbarendum, quos & nos hac in disputatione imitari maluimus.*

IV.

Improbanda igitur Dd. distinctio inter usucapionem & præscriptionem, qua  
illam



illam rebus mobilibus, hanc verò immo-  
bilibus accommodandam docent.

*Quia usucapio immobilibus quoq; rebus competit. l. si fur. 33. §. si dominus 2. cum seq. l. si furtum. 37. cum duab. seqq. l. 17. l. 18. l. 23. l. 26. & passim ff. hinc. l. qui fundum. 7. §. 2. ff. pro emtor. l. unic. C. de usuc transf. præscriptio verò rebus quoq; mobilibus attribuitur. l. 3. & l. rescriptis. 9. ff. de div. & temp. præscr. Donell. 5. Comm. 4. Cifnerus d. l. 1. n. 23. hinc. Zangerus in tr. de except. par. 3. c. 8. Valent. Forsterus disp. tract. Inst. 6. tb. 2.*

V.

*Definitur* autem Usucapio quod sit  
adjectio dominii, per continuationem  
possessionis temporis lege definiti. *a* Præ-  
scriptio verò quod sit jus ex definiti tem-  
poris jugi silentio exceptionem, aut con-  
tinua possessione huic conjuncta nobis  
dominium, aut causam proximam defe-  
rens. *b*.

*a* Modestinus Jctus in l. 3. ff. hinc. Contius. 1. disp. 10. & 13.  
Donell. 5. Com. 5. Fornericus. 2. select. Jur. c. 17. Hen. disp. Jur.  
10. tb. 1. *b* Petrus Gilkenius in tr. de Usuc. & præscr. part. 1. c. 2. n.  
30. per l. 1. C. de Comm. rer. alien. l. cum notissimi. §. sed cum illud.  
vers. sin autem. C. de præscr. 30. ann. c. clerici. 16. q. 3.

VI.

*Quoad finem*, præscriptionum jura bo-  
no publico introducta sunt, *a* ne dominia  
rerù diu & ferè perpetuò incerta essent. *b*.

*a* l. 1. ff. b. t. 11. Cujus semper potissima ratio habenda est. Auth.  
Res qua. C. Comm. de legat. l. 3. C. de Primipilo. l. 1. in f. C. de Ca-  
duc. toll. Auth. Agricultores. C. Quæ res pignori, junctâ lege negoti-  
andi. 2. C. de Ædif. Priv. l. sunt persona. 43. ff. de Relig. & sumpt.  
fun. l. ita vulneratus. 51. circa finem ff. ad L. A. Nov. 93. c. 1. b d. l. 1. ff.

A 2

b. t.

b. t. Quandoquidem dominiorum incertitudine & confusione Reip. nihil perniciosius. l. 7. in pr. C. de Prescr. 30. annor. Contra verò nihil fructuosius ac utilius, quàm si dominia rerum sint certa. Arg. in summa. C. de Usuc. pro Emt. in pr. Hottoman. in pr. J. hic enunc. 3. Wesemb. in Par. hic n. 13. Petr. Gilken. in tr. de Usuc. & Prescr. par. 1. c. 1

VII.

Ut tandem litium fieret finis a, favore usucapientis, & odio per tantum temporis decursum res suas negligentis b.

a l. f. ff. pro Suo. quas prohiberi ac consopiri publicè interest. l. quidam 21. ff. si certum pet. l. 1. ff. de jurejur. l. si cuius. 13. S. 3. ff. de Usufr. l. in summa. in pr. C. de judiciis. Et jure quidem, quia juxta Salustium de bello Jugurth. Concordia res parva crescunt, discordia magnæ dilabuntur. Unde etiam Cicero pro Cæcinn. usucapionem finem sollicitudinis & periculi vocat, quæ sublata futurum sit, ut omne civitatis jus, fortune, possessionesq; in dubium revocentur. b Indemnis siquidem. b. f. possessor servandus. l. in bello 17. S. 8. ff. de capt. & postlim. rev. & punienda negligentia eorum, qui rebus suis prospicere non satagunt. l. pupillus 24. ff. quæ in fraud. Cred. l. f. in f. C. de annal. except. Dynus in c. possessor 2. de R. J. in sext. n. 10. & seqq. Wesemb. in Par. hic. n. 13. Schneidwin. in I. hic n. 10. Geil. 1. obs. 74. n. 22.

VIII.

Ex quibus luce meridiana clarius liquet, præscriptionem juri & æquitati naturali nullatenus esse contrariam.

Quia nihil est, quo magis ipsa æquitas delectatur, quam si dominiorum certitudo constituatur, confusio tollatur omnis, lites præcendantur. negligentes poenâ, industrii verò premio adficiantur; dum hæc nihil aliud, quàm judicium quoddam rationis, ac veluti lex de justis & injustis à natura omnibus hominibus inscripta, cum qua præscriptio maximè convenit. Quin æquitati nihil conventius, quàm voluntatem domini, rem suam in alium transferre volentis ratam haberi. S. per traditionem 40. I. de R. D. l. alienationis 28. ff. de V. S. arg. l. 6. S. 2. ff. quæ in fraud. cred. nihilq; est æquius, quàm ut res pro derelicto

relictō habitas alius occupet & sibi acquirat. l. 1. ff. pro derelicto. §. qua ratione. 47. I. de R. D. Quod hoc in casu fit, siquidem suas res negligens easdem abjecisse & pro derelicto habuisse, imō alienasse intelligitur per d. l. 28. de V. S. Duarenus l. 1. in pr. de pactis. Johan. Andreas in d. c. possessor. 2. de R. J. in Sexto. Wurmser. in pract. obs. tit. 45. obs. 18. Donell. 5. Comm. 30. Gilken. in tr. de Usuc. & Prescr. par. 1. c. 1. Excellentissimus Dominus Dominicus Arumæus Præceptor meus atatem suspiciendus Exercit. Instit. 6. tit. 1. Bronchorst cent. 4. assert. 2.

IX.

*Quoad efficientem* primam præscriptionis originem Juri Gentium esse assignandam non dubitamus, præsertim cum eandem etiam Hebræis haud incognitam fuisse constat.

*Quod suo comprobant testimonio sacra litera. Jud. 11. v. 26. Ubi Jophtha Regi Ammonitarum 300. annorum possessionem objicit, & eadem tanquam legitima & justa se suosq; defendit. Quin præscriptionem sacram paginam non detestari ex Levit. c. 25. manifestum est, ubi legitur: Quod Anno Jubileo regulariter omnis venditio ad pristinos dominos redibat v. 10. & seq. exceptâ domo vendita intra urbem, quæ spacio unius Anni præscribebatur, & sic omne jus priori domino auferebatur. Petrus Gregorius Tholos. 40. Syntagm. 1. Schneidwin. in I. h. c. n. 18. Heigius par. 1. q. 16.*

X.

Sic quoq; apud Græcos ejusdem non exiguus fuisse usus legitur.

*Quod de Atheniensibus refert Isocrates in Archidamo, Plato in lib. 12. de LL. Cicero 2. Officior. de Anato Sicyonio, qui 50. annorum possessionis controversiam moveri iniquum duxit, Quod ipsius factum Cicero ibidem summis laudum encomijs deprædicat. Hottom. in §. 1. I. h. n. t. enunc 3.*

XI.

A Græcis hoc jus Romanos per tres vi-

A 3

ros

ros in Græciam missos esse consecutos, & illud ipsum postea in LL. 12. tabb. redigisse veritati non absolum est.

*Nec obstat l. 2. ff. de O. 7. ubi in §. 4. Pomponius 7 Ctus Decemviros ab initio constitutos scribit, per quos peterentur leges à Græcis. Ex Livio enim lib. 3. & Halicarnass. lib. 10. & aliis Historicis constat. A. V. C. 300. tres saltem viros Athenas missos, quibus reversis postea ad promulgationem demum alii superadditi sunt. Clarissimus Dominus Johannes Gryphiander, Præceptor & fautor meus honorandus in tr. suo Historico-politico de statu Imp. c. 3.*

XII.

Hinc usucapio Lege Civili a constituta, & variis postmodum Principum constitutionibus aucta, emendata & confirmata dicitur. b.

*a pr. I. hinc. l. 1. & 3. ff. eodem. verba autem d. pr. (jure civili constitutum) de LL. 12. tabb. intelligenda esse, docent Interpp. Baro in I. hinc. Borcholt. & Wesemb. ibidem, & in Par. hinc. n. 9. b d. pr. I. hinc. l. ult. C. de præscr. long. temp. l. omnes. 4. C. de præscr. 30. annor. l. unic. C. de Nud. jure Quirit. toll. l. unic. C. de usuc. transf.*

XIII.

Competit autem potestas usucapiendi omnibus illis, qui possidere & quidem pro suo, & dominium Jure Civili acquirere possunt.

*Quia usucapere est dominium per usum & possessionem acquirere pr. I. & l. 3. ff. hinc. Et deficiente possessione deficit usucapio. l. sine possessione 25. ff. hinc. c. 3. de R. 7. in Sext. Donell. 5. Comm. 6. Duarenus hinc. c. 4. Forsterus de success. ab intest. lib. 2, c. 10. n. 3. Cujacius ad l. pignori. 13. ff. h. n. t.*

XIV.

Quales sunt liberi homines a Imperio Roma-

Roma-

Romano subjecti, sui juris ut patresf. sive  
sint in tutela *b* & cura ; sive neutro jure  
teneantur : alieni juris, ut filii. castrensia  
vel quasi castrensia bona possidentes. *c*

*a* De quibus Imperator agit in pr. I. de his qui sunt sui vel al.  
juris. *b* in pr. I. de Tutelis. Pupillus enim si infantia major & puber-  
tati proximior, etiam sine auctoritate tutoris, modò animum possiden-  
di habeat. l. sequitur 4. §. pupillus 2. ff. hic : sin verò minor, tutore  
auctore possidere & usucapere potest. l. quamvis pupill. 32. §. 2. l. 1.  
§. furios. & pupillus. 3. ff. de A. P. c §. 1. I. Per quas person. l. 2. ff.  
de Scto Macedoniano. l. sequitur. 4. §. 1. *b. t.* ubi Cujacius.

XV.

Furiosus quoq; q̄ ante furorem posside-  
re cœpit, rectè usucapit: *a* furore verò du-  
rante, ne quidem Curatore auctore usu-  
cipationem incipere potest. *b*.

*a* d. l. sequitur 4. §. furiosus 3. l. nunquam 31. §. 4. l. justo errore  
44. §. 6. ff. *b. t. n.* l. si is qui 27. ff. de A. P. Azo de usuc. pro emtor.  
n. 4. *b* l. 1. §. 3. ff. de A. P. Quia nullum negotium contrahere po-  
test. l. in negotiis 5. de R. J. E. nec possidere, nec usucapere. Hottom.  
4. obs. 6. nulla enim possessio sine animo possidendi acquiritur. l. quem-  
admodum 8. ff. de A. P. & ad possessionem acquirendam requiritur  
voluntas. l. qui jure 41. ff. eodem. Furiosus verò animum acquirendi  
& possidendi non habet, quia non intelligit quod agit. §. furiosus 8. I.  
de inut. stipul. & mente ac voluntate destituitur. l. furiosus. 40. de  
R. J. l. 2. §. penult. ff. de jure Codicill. arg. l. Julianus 4. ff. de di-  
vortis. Gilken. d. tr. de usuc. & præscr. par. 3. c. 1. Cujacius ad  
l. 4. ff. *b. n. t.*

XVI.

Qui autem possidere nequeunt ut ser-  
vi, *a* ἀπόλιδες seu à civitate extorres, *b* igno-  
rantes, *c* exceptis iis, qui nostro juri sub-  
jecti

jecti sunt, usucapere nullo modo possunt. d.

a l. quod attinet 32. de R. J. l. qui in servitute 118. cod. l. stipulatio 38. §. hæc quoq; 7. ff. de V. O. d. l. sequitur. §. servus 4. ff. hinc. b de quibus in l. ex quo 12. §. 5. in f. C. de edif. priv. in l. sunt quidam 17. §. 1. ff. de pœnis. l. 1. §. his quibus 2. ff. de Leg. 3. c l. possideri 3. §. 1. ff. de A. P. d sub nostra enim potestate constituti nobis etiam ignorantibus per usucapionem acquirunt. l. 1. §. item acquirimus 5. l. possideri 3. §. 12. ff. de A. P. l. Labeo 8. ff. hinc. l. pro emptore 2. §. 11. l. qui fundum 7. §. f. ff. pro emt.

XVII.

Sic quoq; illi, qui alterius nomine tantummodò possident, aut saltem naturaliter rem detinēt, ut Creditor, a Sequester, b fructuarius, c colonus vel conductor, d qui precariò rogavit e & similes usucapere prohibentur.

a l. 10. C. de pign. act. hic enim non suo, sed debitoris nomine possidet. l. pignori 13. ff. hinc. l. quacunq; 13. §. 1. de Publ. eod. b l. interesse puto 39. ff. de A. P. c l. neq; fructuarius 8. C. de usufr. l. Celsus 5. §. 1. ff. ad exhibend. l. adquiruntur nobis 10. §. ult. ff. de A. R. D. l. naturaliter 12. l. possessio 49. ff. de A. P. d l. malè agitur 2. C. de præscr. 30. ann. e d. l. 2. C. de præscr. 30. ann. in quo tamen videndum, an rogaverit, ut sibi morari tantum liceat. l. certè si 6. §. 2. de precariò. l. non solum 33. §. f. ff. hinc. an v. ut etiam possideat, quo casu etiam eum possidere certum est. l. in rebus etiam. 4. §. 1. l. §. habet 15. §. 4. ff. hinc depositarius, commodatarius & c. d. l. malè agitur 2. C. de præscr. 30. annor. c. si diligenti de præscr. quia hi omnes alieno nomine possident Donell. 5. Comm. 6. Cujacius ad d. l. 13. ff. h. n. t. & obs. 9. obs. 33.

XVIII.

Quoad materiam, usucapioni subjacent res omnes usucapi nō prohibitæ, res mobiles

biles & immobiles, *a* corporales & incor-  
porales, *b* laicæ & Ecclesiasticæ, modò  
sint in commercio hominum, & domi-  
nio nostro subjici possint. *c.*

*a* *pr.* I. *hic.* Ulpianus *tit.* 19. & *ibidem* Cujacius *l. unic.* C. de  
*usuc. transf.* l. *longæ* 3. l. 9. ff. de *divers. & temp. præscr.* Donell. 5.  
*Comm.* 4. *b* *ut servitutes, accusationes & actiones, de quibus infra.*  
*quæ in jure consistunt & hinc etiam jura dicuntur.* I. t. t. de *rebus cor-*  
*poral. & incorporal.* l. 1. §. *quædam.* ff. de *R. D.* *c. d. l. f.* C. de *præ-*  
*script.* 30. *ann. Auth. quas. act.* C. de *SS. E E.*

XIX.

Prohibentur verò usucapires quædam,  
quæ possideri & dominio nostro subjici  
nequeunt, ut liber homo, *a* res sanctæ, re-  
ligiosæ, sacræ & c. quæ ne quidem in Ec-  
clesiæ dominio esse dicuntur. *b*

*a* *l. cum heredes* 23. §. 2. *l. qui universas* 30. §. 1. ff. de *A. P. l.*  
*emti actio.* C. de *evict.* l. *sola.* C. de *long. temp. præscr. quæ pro libert.*  
*l. scientis* 6. C. de *ing. l. usucapionem* 9. ff. *hic.* *b* §. *nullius* 7. I. de *R.*  
*D.* §. *sed aliquando.* I. *hic.* d. l. 9. ff. *eadem.* & d. l. 3. ff. de *A. P. l.*  
*inter stipulantem* 38. §. 5. ff. de *V. O. tales itaq; res neg; centum neg;*  
*mille annis præscribuntur: quia contra jus divinum non currit ullo*  
*tempore præscriptio,* Panormitanus in *c. statuimus* 2. n. 7. de *trans-*  
*act.* per *c. f. eod.* Wesemb. in *Par. hic.* n. 10. *præscriptio enim non*  
*procedit, nisi in his, quæ præscribendi aptitudinem & habilitatem ha-*  
*bent, ut Jason in simili loquitur, in pr. l. 1. ff. de A. P. id est, earum*  
*rerum, quæ in commercio esse, & per aliquem contractum in domi-*  
*nium privatae personæ transire possunt. arg. l. sed Celsus* 6. in *pr. ff. de*  
*contr. emt.* Paulus de Castro in *d. l. usucap.* 9. ff. *b. n. t.*

XX.

Quædam præscriptionem non reci-  
piunt favore dominorum, ut res pupilla-  
res, *a* dotales, *b* fisci. *c.* B      a l.

a l. bonæ fidei 48. ff. de A. R. D. l. si communem 20. ff. Quemadmod. serv. amitt. l. sicuti in rem. C. de præscr. 30. ann. qua sine decreto iudicis alienari non possunt. t. t. ff. de rebus eor. quæ. Donell. 5. Comm. 23. quia contra pupillum nec incipit præscriptio, nec contra defunctum incepta continuatur. d. l. 10. ubi Gothofr. Et ratio specialis est legis prohibitio, quæ præscriptionem in talibus rebus favore ætatis admittere noluit. Myns. 2. dec. resp. 11. n. 28. & seq. Cujacius ad l. 4. ff. hinc. l. f. C. in quibus caus. restit. juncta l. unic. C. si advers. usuc. & ibidem Dd. Wesemb. in Par. hinc. n. 14. Treutl. d. vol. 2. d. 22. th. 3. lit. g. b l. lex Julia 4. ff. de fund. dot. d. l. bonæ fidei 48. de A. R. D. l. si vineæ 3. C. de præscr. long. temp. Cujacius 14. obs. 9. nisi inchoata sit, antequam res dotales factæ sint. l. si fundum 16. ff. de fund. dot. l. in rebus dotalibus 30. C. de jure dot. l. 1. de usuc. pro dote. eodem. c. §. res fisci. I. hinc. l. quamvis 18. l. ubi lex 24. in f. ff. eodem. l. jam pridem 2. C. Comm. de usuc. nisi bona vacantia Fisco denunciata sint, ipse verò eadem occupare negligat, de quibus infra.

XXI.

Quædam odio possessorum, ut res furtivæ, a vi possessæ, b & Præfidi contra L. Juliam Repet. donatæ. c

a §. furtivæ quoq. 2. I. h. t. l. sequitur 4. §. quod autem 6. l. non solum 33. in pr. ff. eodem. l. potestatis 218. ff. de V. S. l. qui fund. 7. §. 3. ff. pro emt. l. 1. C. eod. l. si abducta 10. l. ancillæ 12. C. de furtis. Harum enim rerum eam ob causam usucapio prohibita est, quia earum dominium semper penes priorem dominum permanet, ut constat ex l. Attinia, cujus verba hæc sunt: Quod subreptum erit, ejus rei æterna auctoritas esto. Gellius lib. 17. c. 7. b d. l. sequitur 4. §. 22. & seqq. l. ubi lex 24. l. non solum 33. §. 2. ff. h. n. t. l. si ad dominum 86. ff. de furt. l. f. vi bon. rapt. d. l. bon. fid. 48. ff. de A. R. D. Cicero de Aurusp. resp. & in Orat. pro Milone. c. d. l. bonæ fidei 48. ff. de A. R. D. l. quod contra 8. ad l. Jul. repetund. Donell. 5. Comm. 24.

XXII.

Partus ancillæ furtivæ tum demum usucapi potest, quando conceptus & natus sit



fit apud bonæ fidei possessorem, eo tempore, quo matrem furtivā esse ignoravit.

*l. si aliena 10. §. f. l. non solum 33. in pr. ff. h. t. l. si ego. §. 3. ff. de Public. l. qui vos 48. §. 5. ff. de furtis. l. si matrem 3. C. de usuc. pro emt. Donell. 5. Comm. 25. quia in partu ancillæ apud b. f. possessorem concepto & edito nullum tempus apparet, quo partus vitio rei furtivæ possit videri infectus. Neg. hoc casu est pars ancillæ furtivæ, videlicet quoad contræctationem Gœddæus ad l. partus 26. de V. S. Dn. Arumæus disp. Digestor. 20. th. 14. Clarissimus Dn. Helfricus Ulricus Hunnius, fautor meus unicè amandus disp. Instit. 6. th. 23. Hœnon. disp. jur. 10. th. 9.*

XXIII.

Diversum tamen obtinet in foetu pecorum furtivorum, quod ut à bonæ fidei possessore usucapiatur, opus non est, siquidem statim perceptione ejus fiat.

*l. 4. §. lana ovium 19. ff. h. c. l. bonæ fidei 48. ff. de A. R. D. l. 48. ff. de furtis. l. 28. ff. in pr. de usuris. Nimirum propter culturam & curam. §. si quis 36. I. de R. J. quia propria fructuum natura est, ut statim sine ulla usucapione. b. f. possessoris fiant. At foetus pecudum in fructu esse per dd. ll. & §. in pecudum 37. I. de R. D. firmissimè probari potest. Donell. 5. Comm. 26. Cujacius 15, obs. 20. Dn. Ortolph. Foman d. disp. 12. th. 5. Dn. Helfr. Ulr. Hunnius disp. 6. th. 25.*

XXIV.

Pignus verò furtivum aliter usucapi nequit, nisi eo casu, quo simul subreptum & distractum sit à debitore.

*l. sequitur 4. si rem 21. ff. h. t. l. si rem 5. pro emt. codem. qua leges tam de surreptione quam distractione loquuntur. Nam quamvis revera non redierit pignus in domini, id est, debitoris potestatem; utilitatis tamen causa receptum est, ut rediisse videatur, cum ei jam amplius auferri non possit, utpote quod non habet, sed in alium transfuit. Donell. 5. Comm. 28. Gothofr. d. l. 4. §. 21. lit. m. & n.*

Tandem quoq; præscribi nequeunt res  
meræ facultatis, *a* testamento alienari  
prohibitæ, *b* & filiif. adventitiæ. *c*

*a* l. viam 2. & ibid. Bartol. ff. de vi publ. & ratio est, quod  
earum quæ sunt meræ facultatis, nulla sit possessio. l. 26. ff. de damno  
infecto. l. 1. §. 12. l. 21. ff. de aqua plu. arc. l. 18. ff. de jure patron.  
quodq; factum non præscribatur. Leges enim loquuntur tantum con-  
tra jura, non contra facultates, quæ facti sunt. Quod enim provenit  
ex mera facultate, & gratuito conceditur, non potest dici jus acquisi-  
tum, nec præscriptio censetur, nec per hanc nascitur in futurum obli-  
gatio. Panormitan. in c. quoniam. §. ult. n. 44. de præscr. Cujac.  
ad l. pignori 13. ff. h. t. & in Par. C. de præscr. 30. ann. Wurms. in  
præct. obs. tit. 44. obs. 5. Geil. 2. obs. 18. n. 4. & obs. 60. n. 9. Myns.  
1. obs. 16. Hartmannus Hartmanni in obs. præct. tit. 46. obs. 1. Et  
hoc verum est tam in privatis quam publicis, quæ sunt meræ faculta-  
tis. Schneidwin. in I. de R. D. n. 15. *b* l. si duobus 3. §. sin autem.  
3. C. Comm. de legat. l. si contra 2. C. de usuc. pro emtore. *c* l. 1. §.  
ne autem 2. circa medium. C. de ann. except. Auth. nisi. C. de bonis  
maternis. l. quæcunque 4. in f. C. de bon. quæ liberis. Donell. 5.  
Comm. 24.

Quoad formam, eadem præscriptionis  
requisitis absolvitur, & requiritur primò  
possessio continuata & non interrupta,  
qua sine nulla præscriptio procedit.

l. 3. l. sine 25. ff. h. n. t. l. deniq; 19. ff. ex quib. caus. maj. l. ait  
prætor 23. §. 1. eodem. c. sine possessione 3. de R. J. in Sext. & ibid.  
Dynus n. 1. & 8. Wurms. in præct. obs. tit. 45. obs. 7. Clarissimus  
Dn. Præses in lect. suis ad tit. de V. S. in l. alienationis 28. Hac enim  
deficiente, deficit ipsa præscriptio, cum sit ejus caput & fundamentum.  
Unde vulgatum illud: Tantum præscriptum, quantum possessum.  
Geil. 2. obs. 68. n. 3. sub possessionis verò appellatione etiam quasi pos-  
sessio comprehenditur. Dyn. & Canisius d. c. sine possessione de R. J.  
Gilk. d. tr. de usuc. & præscr. par. 1. c. 4. n. 42, n. 46. & 167.

Posses-

## XXVII.

Possessio illa duplex est civilis & naturalis. Civilis in jure consistit cum animo & adfectione domini & sola ad præscribendum sufficiens est: a naturalis verò quæ saltem est detentio rei, citra jus & adfectionem domini, non item. b

a l. Celsus 27. ff. hinc. l. 1. §. per servum 14. ff. de A. P. l. nemo 10. C. eod. l. servi 17. §. f. ff. de furtis. l. si servus 22. ff. de Nox. act. l. 1. C. Comm. de usuc. Jason & Dd. in l. clam 6. §. 1. ff. de A. P. Vultejus ad pr. I. de interdict. n. 9. Cujacius 9. obs. 33. Dyn. c. 2. de R. f. in Sext. Dn. Helfr. Ulr. Hunnius d. disp. 6. th. 5. Borcholt in tr. de acquir. possess. c. 2. div. 3. n. 12. & seqq. Dn. Herman. Tappius in disp. de possessione th. 27. & th. 32. Gilk. d. tr. de usuc. & præscr. par. 2. memb. 3. c. 1. & 2. b §. de ijs autem 4. I. per quas personas junctal. naturaliter 12. ff. de A. P. l. penult. C. de præscr. 30. annor. Cujacius d. obs. 33. Dn. Herm. Tappius d. disp. th. 28. & th. 33. Dyn. d. c. n. 32. & n. 36. Gilk. d. loco.

## XXVIII.

Continuatur verò possessio, vel in eadem persona, vel in diversis: quia possessio antecessoris successoris prodest, etiam universali, modò in defuncto bona fide cœperit.

Neg<sup>3</sup> enim illa tantum possessio est, quam unus semper habuit, sed etiam illa, quæ ab uno ad alium legitime est translata, utpote à defuncto ad heredem. l. possessio 20. l. nunquam. §. si defunctus 6. ff. h. t. Hæc enim si bona fide cœperit in defuncto, prodest etiam heredi, licet ipse sciat rem alienam esse: si verò defunctus justum initium non habuerit, possessio heredi etiam ignorantanti non prodest: quia usucapio vitiosa defuncti continuatur in heredem. l. cum heres 11. ff. de divers. & temp. præscr. l. de accessionibus 14. §. 1. ff. eod. §. diutina 7. I. hinc. l. id tempus 14. l. heres 43. ff. eod. l. si ego 11. §. 2. ff. de Publ. nov. 48. in pr.

B 3

Quod

Quod tamen secus est in successore  
singulari, cui continuatur possessio sine  
vitiis, præterquam si ad miniculo ex per-  
sona auctoris uti velit.

*l. Pomponius 13. §. 1. ff. de A. P. l. an vitium auctoris 5. ff. de divers. & temp. præscr. l. sed etsi 7. §. 1. ff. de Publ. l. 1. C. de præscr. long. temp. Donell. 5. Comm. 20. Dn. Helfr. Ulr. Hunnius d. disp. 6. th. 10. Gilk. d. tr. par. 2. membr. 2. c. 6. Fachineus 1. contr. 66. per auth. mala fi-  
dei. C. de præscr. long. temp. Mynf. 4. obs. 6. n. 7.*

Secundum requisitum est justus titu-  
lus, a qui nihil aliud quàm causa possessio-  
nis legitima, & ad translationem domini  
habilis b.

*a pr. I. b. n. t. l. unic. C. de usuc. transf. l. nullo 24. C. de R. V. l. diutina 4. & l. super longi 11. C. de præscr. long. temp. à tuendo ita dictus, quod factum auctoris tueatur Mynf. in rubr. I. hic. Treutl. disp. 22. vol. 2. th. 5. Gilk. d. tr. de usuc. & præscr. par. 2. membr. 1. c. 1. b quam si habet etiam ignorans rectè usucapit. l. pro emtor. 2. §. 2. ff. pro emt. Donell. 5. Comm. 14. & ad §. namq. I. de act. Dn. Ortolph. Foman d. disp. 12. th. 6. lit. e.*

Quales tituli habiles & sufficientes  
sunt, si quis possideat pro emtore, pro do-  
nato, pro derelicto, pro legato, pro suo,  
pro soluto, dote &c.

*l. possideri 3. §. genera poss. 21. ff. de A. P. arg. dd. tt. l. sunt & alia 3. & seqq. ff. de Publ. Donell. 5. Comm. 14. Gilk. d. tr. & loco. 6. 14. 15. & seqq.*

Ejusmodi quoque titulus est pro here-  
de,

de, qui tamen in extraneis tantum, non  
verò in suis locum habet.

*Usucapio enim pro herede necessario requirit novum titulum, hunc verò heredes sui non habent: quia per hereditatem nihil novi consequuntur, sed eundem titulum eandemque possessionem, quam defunctus habuit, retinent, cum etiam vivo adhuc patre domini patrum honorum aestimentur l. in suis 11. ff. de lib. & posth. §. sui autem 2. I. de hered. qual. & diff. & per mortem patris non hereditatem sed liberam magis administrationem consequuntur, ita ut hereditas & heres magis nomina sint administrationis his delata, quam successionis primum quesita. Sicuti etiam est expressus text. in l. 2. C. de usuc. pro herede. arg. l. 2. §. 2. ff. pro hered. & l. 1. §. 1. ff. pro donato. Donell. 5. Comm. 14. Wesemb. in Par. pro herede. nu. 3. Gilk. d. tr. par. 2. membr. 1. c. 16. n. 26. Dn. Helfr. Ulr. Hunnius d. disp. th. 20. Jacobus Cramerus discept. Instit. 9. th. 18.*

XXXIII.

Tertium requisitum est bona fides, a  
quæ nihil aliud quàm illæsa conscientia,  
excusans possessorem de ignorantia rei a-  
lienæ. b

*a pr. I. b. t. n. l. 1. C. de usuc. transf. l. si aliena 10. l. Celsus 27. l. non solum 33. in pr. ff. hinc. l. bonæ fidei 119. de V. S. l. longi 2. C. de præscr. long. temp. b arg. d. pr. I. hinc. l. 119. de V. S. l. apud antiquos. 21. circ. med. C. de furtis. l. si servus 22. ff. de Nox. act. Schneidw. in I. hinc per c. si virgo 34. q. 2.*

XXXIV.

Hanc de jure Civili ab initio præscri-  
ptionis intervenisse sufficit, traditionis vi-  
delicet tempore.

*§. diutina 7. I. b. n. t. l. pro emtore 2. ff. pro emt. l. si aliena. 10. eod.*

XXXV.

Quod adeò verum est, ut etiam mala  
fides

fides superveniens usucapionem bona fi-  
de coeptam non impediatur.

*d. §. diutina. l. sequitur 4. §. si ante 18. ff. hinc. l. bon. fid. 48. §. in contrarium. ff. de A. R. D. l. unic. C. de usuc. transf. arg. l. in ambiguis 85. §. 1. de R. 7. Et hoc jure Civili tantum in longi temporis præscriptione bona fides requiritur. §. 1. I. hinc. l. si fraude 6. C. de præscr. long. temp. l. unic. C. de usuc. transf. Schneidwin. in I. hinc. n. 19. Non autem longissimi, vel immemorialis, in qua sufficit cum possessione longissimi temporis decursus. arg. l. 3. l. 4. l. 7. C. de præscr. 30. ann. Nov. 119, c. 7. Myns. 4. obs. 6. n. 1. Geil. 1, obs. 21. n. 15.*

XXXVI.

Diversum tamen obtinet de Jure Canonico, quo omni tempore & in omni præscriptione bona fides requiritur usque ad completam præscriptionem.

*Mala enim fidei possessor nullo unquam tempore præscribit. c. possessor 2. de R. 7. in Sext. c. vigilantibus. c. si diligenti. c. penult. & ult. de præscript. Myns. 4. obs. 6. n. 2. & 3. Et quocumque tempore mala fides intervenit ante præscriptionem completam, eandem vitiatur. Dyn. d. c. 2, nu. 6. 13. & 45.*

XXXVII.

Et huic juri in hac materia standum, quod etiam hodie receptum & approbatum est in Camera Imperiali, & in foro praxique observatur.

*Dd. in d. c. f. de præscr. Pinell. in auth. nisi. C. de bon. mat. Capolla in tr. de servitutibus. c. 24. n. 7. Schneidwin. in I. hinc. n. 16. Myns. 4. obs. 6. Wurms. tit. 45. obs. 4. n. 2. & 3. Geil. 2 obs. 18. n. 7. & seq. Vultejus ad hunc t. n. 20. Dn. Ortolph. Foman. d. disp. 12. th. 6. lit. f. Connanus 3. Comm. 13. n. 9. Fachineus 1. contr. 164.*

XXXVIII.

De jure verò suo dubitans, ut bonæ  
fidei

fidei possessor nunquam præscribere potest.

*Ratio est quia habet malam fidem, siquidem definitio bonæ fidei eidem non competit. E. ex natura contrariorum malam eum fidem habere necessum est. Dyn. in c. 2. de R. J. in Sexto. Quinimò, cum ita dubitat, utrum res sit sua nec ne, alienæ rei scientiam habere se manifestò prodit. Dn. Arumæus d. exercit. 6. th. 5. Hakelman. in Quæst. illustr. disp. 20. th. 17. Dn. Helfr. Ulr. Hunnius d. disp. th. 15. Treutl. disp. 22. th. 6.*

XXXIX.

Sic quoq; in jure errans, quamvis ad bonæ fidei possessorem haud incommodè referri queat; a tamen ei nulla præscriptio procedit. *b*

*a Quia rei aliena scientia caret. l. si per errorem 15. ff. de jurisdict. l. id quod 4. ff. pro derelicto. Quamvis enim erret, putat tamen & credit rem suam esse, licet ex errore, quo casu conscientia ejus lesa nec dici, nec videri, multò minùs ei mala fides attribui potest. b expressus textus in l. si fur. 32. S. si quis id. ff. h. t. n. l. 2. S. si quis à pupillo 15. ff. pro emptore. l. juris ignorantiam 4. ff. de juris & fact. ignor. l. 7. l. 9. eodem. Et ratio hic non in bona vel mala fide querenda est, sed in speciali legis prohibitionem, quæ causam & titulum possessionis infirmit. Dn. Arumæus d. disp. 6. th. 6.*

XL.

Perfecta autem & completa præscriptione possessor à jure suo recedere non tenetur, etiamsi rem alterius fuisse cognoverit.

*arg. l. 2. ff. de itinere actûq; priv. Quia mala fides seu rei alienæ scientia tantum intervenire potest, quamdiu res aliena est. Perfecta autem & absoluta præscriptione res amplius aliena non est. E. neq; tunc mala fides intervenire, neq; interveniens nocere potest. Quia actus perfectus nullo superveniente casu tollitur. Dyn. d. c. de R. J. in Sext.*

C

in Sext.

*in Sext. n. 22. Imò hoc modo præscribens rem præscriptam legis auctoritate possidet & quidem justè. l. justè 11. ff. de A. P. Quomodo ergò bonis legibus obtemperans peccabit? c. qui peccat. 23. q. 4. l. Gracchus 4. C. ad l. Juliam adult. c. de quarta. c. ad aures. c. vigilantibus & c. ult. de præscr. Wurms. tit. 45. obs. 15. Vasquius 2. Illustr. contr. 71. Balbus d. tr. de præscr. par. 2. par. 3. q. 7. & 9.*

XLI.

Tandem hîc observandum, quod bona fides regulariter præsumatur, quoties & quamdiu de mala fide non constat.

*l. verius 21. ff. de probat. l. nec ex eo penult. C. de evict. & ibid. glossa. c. f. de præsumption. Dyn. in c. qui contra 82. de R. J. in Sext. Alciatus 3. præsumt. 5. Wesemb. in Par. hîc. n. 11. nemo enim tenetur scire rem esse alienam & non esse ipsius alienantis. Gothofr. in l. super. C. de præscr. long. temp. Unde possidens regulariter non tenetur probare bonam fidem, sed præsumptio juris transfert onus probandi in alteram partem. l. ob ea parte 5. ff. de probat. Mascard. de probat. concl. 1222. n. 4. Alciatus 3. præsumt. 3.*

XLII.

Quartum requisitum est traditio possessionis, nempe ut res præscribenti sit tradita, a vel aliquid quod traditionis vicem suppleat b.

*a Traditio enim equè ac superiora ad possessionem acquirendam est necessaria: quia sine traditione rerum dominia non transferuntur. l. 20. C. de pactis. neg. usucapiendi conditio præbetur. l. clavibus 74. ff. de contr. emt. Balbus in tr. de præscr. par. 3. c. 1. & in repetitione l. Celsus 27. ff. hîc. part. 2. n. 1. & ibid. Bartolus n. 8. b Ut in illis casibus in quibus ficta traditione dominia rerum transferuntur, ut in tit. pro herede, pro legato & similibus. arg. d. l. 74. ff. de contr. emt. Item in juribus seu rebus incorporalibus, ubi traditio fit per concessionem, patientiam & c. Bartolus in l. cum falsa. C. de juris & facti ignor.*

XLIII.

Quintum & ultimum requisitum est  
justum



justum & legitimum tempus a à cujus di-  
versitate Legibus definita, diversæ etiam  
præscriptionis species desumuntur. b

a arg. pr. I. hîc. auth. quas act. C. de SS. EE. l. ult. C. de præscr.  
long. temp. l. unic. C. de usuc. transf. Quod tempus adeò necessarium,  
ut si vel unicus dies ad possessionem deficiat, usucapio evanescat. l. sed  
etsi. §. quoties 8. ff. ex quib. caus. maj. postremum tamen diem cœ-  
ptum esse sufficit, et si non planè completus sit. l. in usucapionibus. 6. &  
l. seq. & ibid. Gothofr. ff. h. n. t. l. 15. ff. de divers. & tempr. præscr.  
Goeddæus ad l. 2. §. 1. ff. de V. S. n. 27. & seqq. Bronchorst. cent.  
4. assert. 8. Hœnon. d. disp. th. 16. b Wesemb. in Par. hîc. n. 7.  
Schneidwin, in I. de speciebus præscript. Treutl, d. disp. 22. th. 4.  
Balbus d. tr. par. 1. par. 4. in pr. & n. 1.

XLIV.

Hinc alia præscriptio est unius anni,  
alia biennii, triennii, quadriennii, quin-  
quennii, decennii, vicennii, tricennii,  
40. annorum, centum annorum, & tem-  
poris immemorialis.

XLV.

Anni spacio præscribuntur pleræque  
actiones Prætorix, a item actio injuria-  
rum verbalis, quæ ex edicto Prætoris de-  
scendit. b

a pr. I. de perpet. & temp. act. l. in honorariis 35. ff. de O. & A.  
l. 1. ff. qua in fraud. cred. Cujacius in Par. C. de præscr. 30. annor.  
b l. si non convicij 5. C. de injurijs, Ant. Matthæus in coll. Inst. jur.  
disp. 18. th. 23. Gomez var. resol. c. 6. n. 15. Et hunc annum conti-  
num esse receptor & verior Dd. est sententia. Schneidwin. in I. de  
injurijs. §. 8. Quando n. in jure tempus utile non exprimitur, semper  
continuum esse intelligitur. l. genero 8. ff. de his qui not. infam. Geil.  
2, obs. 105.

## XLVI.

Actio verò injuriarum realis ex l. Cornelia descendens est perpetua : quia à lege introducta est.

*Actiones enim ex LL. descendentes sunt perpetuae. in pr. I. de perpet. & temp. act. l. sicut. l. omnes. C. de præscr. 30. annor. Roll. à Vall. conf. 39. n. 15. lib. 2. Myns. 1. obs. 84. & 5. obs. 8. Fachin. 9. contr. 7.*

## XLVII.

Biennio præscribitur actio de dolo. *a*  
Item exceptio non numeratæ pecuniæ. *b*

*a l. optimum duximus f. C. de dolo malo. Cujacius in Par. C. de præscr. 30. annor. b pr. I. de literar. obligat. l. in contractu 14. C. de non num. pecun.*

## XLVIII.

Quod etiam verum, licet debitor post biennii lapsum onus probationis in se recipere velit.

*Quia huic exceptioni per biennij effluxum ita præscribitur, ut nullatenus postea admittatur, etiamsi debitor sit paratus probare, pecuniæ numerationem sibi non esse factam. t. t. I. de Lit. Oblig. l. si intra 8. l. 10. l. in contractibus 14. C. de non num. pecun. arg. l. 2. C. in quibus causis in integr. l. 16. C. de inoff. test. Duarenus ad tit. C. de non num. pecun. Zangerus de except. par. 3. c. 12. n. 24. Cramerus discept. Instit. 7. th. 18. Donell. 14. Comm. c. 38. Fachineus 2. contr. 81. & alij plures quos ibidem allegat. De jure tamen Canonico contrarium obtinet, quod etiam usu observatur. Zangerus d. loco.*

## XLIX.

Triennio usucapiuntur res mobiles seculares & Ecclesiasticæ tam de jure Civili, quàm Canonico, ad quarum usucapio-

pio-

pionē requisita suprā tradita omnia sunt  
necessaria.

*pr. I. hīc. & l. unic. C. de usuc. transf. auth. quas act. & ibid.  
Dd. C. de SS. EE. Canonistæ in c. 1. de in integr. restit. Dyn. in c.  
possessor. 2. de R. J. in Sext. n. 18. Balb. d. tr. par. 1. par. 5. q. 1.*

L.

Quadriennio certis in casibus præscri-  
buntur res fisci à privato, & contra res pri-  
vatæ à fisco.

*§. edito 9. I. h. n. t. l. 3. & tot. tit. C. de quadrienn. præscr. l.  
10. ff. de divers. & temp. præscr. l. 1. l. 2. ff. de jure fisci. Dyn. d. c. n. 17.*

L I.

Quinquennio finitur querela inoffi-  
ciosa. *a* non v. jus agendi ad supplemen-  
tum legitimæ. *b*

*a l. contra majores 16. l. si quis filium 34. in f. C. de inoff. test. b  
Quia ad supplementum legitimæ agitur conditione ex l. omnimodò  
30. C. de inoff. test. quæ conditio, quia personalis, perpetua est. l. 2. §.  
hac apertissima. & ibid. gloss. C. de constit. pec. l. sicut. C. de præscr.  
30. ann. & §. 1. I. de perp. & temp. act. Cum igitur & hæc actio sit per-  
sonalis, minori spacio non determinabitur: siquidem quod juris est de  
toto quoad totum, idem debeat etiam esse de parte quoad partem. l.  
quæ de tota. ff. de R. V. Geil. 2. obs. 120. n. 7.*

L II.

Extinguuntur quoque quæstiones de  
statu defunctorum, *a* accusatio adulterii,  
*b* & alia crimina ex L. Julia peculatus &  
Scto Siliano descendentiæ. *c*

*a præsertim si retractans eorum conditionem deteriore facere  
nitatur. l. 1. §. f. l. 3. & tot. tit. ff. & C. ne de statu defunct. post  
quinq. quer. b l. meriti 29. §. 5. & 6. l. quinquenn. 31. ff. ad L.  
Jul. de adult. l. adulter. 5. C. eodem. c l. peculatus 7. ad L. Jul.*

C 3

pecul.

*pecul. l. in cognitione 13. ff. ad SCtum Silanianum. Cujacius 4. obs. 14.*

LIII.

Decennio res corporales immobiles inter præsentes intervenientibus requisitis superius traditis usucapiuntur.

*pr. I. hic. l. 9. l. ult. & penult. & tot. tit. C. de præscr. long. temp. l. unic. C. de usuc. transf. l. præscriptione 7. C. quibus non obijcitur long. temp. præscr. Præsentes in hac materia accipimus in eadem provincia vel territorio domicilium habentes, licet res usucapienda sit alibi. l. f. S. sancimus. C. de præscr. long. temp. Provincia verò eadem intelligitur quæ uni subest Præsidi, etiamsi plures contineat civitates. facit. l. si in eadem 3. ff. de Off. adsess. Obrectus disp. 20, th. 269. & seqq.*

LIV.

Vicennio res corporales immobiles contra absentes præscribuntur.

*dd. ll. præc. thes. absentes hic accipiuntur, qui in diversis territoriis habitant, licet res præscribenda sit in uno. d. l. f. S. sancimus. C. de long. temp. præscr. Si v. quis aliquot annos præsens, aliquot absens fuerit, adjiciuntur completo decennio tot anni, quot ex decennio absens fuerit. auth. quod si quis. C. de long. temp. præscr. Nov. 119. c. 7.*

LV.

Utramque præscriptionem sequuntur sua accessoria, utpote actiones hisce rebus adhærentes.

*Qualia sunt Rei Vindicatio. Item Publiciana. Accessorium n. sequitur naturã sui principalis. c. accessorium de R. J. in Sexto l. justissime 44. S. 1. ff. de edilit. edict. Et præscriptio facta de principali trahitur ad ejus accessorium. l. eos qui 26. C. de usuris.*

LVI.

Horum exemplo servitutes quoq; inter

ter

ter præsentibus decennali, inter absentes vicennali præscriptione acquiruntur.

*l. si quis diurno 10. ff. si serv. vind. l. 1. in f. ff. de aq. pl. arc. Dicuntur autem plerumq<sup>3</sup> absq<sup>3</sup> notæ improprietatis adjectione simpliciter usucapi in l. 4. §. f. ff. b. t. n. & in l. 6. ff. de S. V. P. exemplorum immobilium. l. 1. l. 2. l. f. circa med. C. de serv. & aqua. explosa omni differentia inter servitutes continuas & discontinuas, quia nulla sunt discontinuæ servitutes, dum omnes necessariam ac continuam habent causam. l. 28. ff. de S. V. P. perpetuam possessionem. l. 3. §. 11. l. 6. ff. de A. P. & exercitium, licet non actu, tamen potentia. siquidem usus etiam in servitutibus urbanis (quos tamen continuas esse omnes statuunt) ipso actu intermissus esse potest. l. 6. l. 20. §. 2. l. 28. ff. de S. V. P. Wesemb. in Par. de servit. n. 5. & seqq. Duarenus 1. disp. 34. Donell, 11. Comm. 3. Dn. Ofwald, Hillig. Donell. Enucl. 11. c. 11.*

L VII.

In quarum præscriptione & titulum, a & bonam fidem necessariam esse putamus. b

*a per l. nullo. 24. C. de R. V. l. f. in f. C. de præscr. long. temp. l. 2. C. de servit. & aqua. arg. l. 4. C. de præscr. long. temp. l. 8. in pr. C. de præscr. 30. ann. b per l. 10. ff. si servit. vind. l. 1. in f. ff. de aqu. pluv. arcen. l. f. in f. C. de præscr. long. temp. Si enim absq<sup>3</sup> bona fide quis posset acquirere servitutes, sequeretur præscriptiones idè introductas, ut hominum malitiis ac defraudationibus indulgeretur, contractationesq<sup>3</sup> rerum alienarum scienter & dolosè factæ defenderentur. Corrasius ad l. 14. ff. de servit. n. 33.*

L VIII.

Vicennali porrò præscriptioni subjacent omnes quæstiones fiscales. a Item accusationes criminales, præter superius exceptas, omnes, adeò hæc præscriptio etiam

iam fisco vel magistratui ex officio pro-  
cedere volenti obstat. *b*

*a l. varia 1. §. penult. & ult. de jure fisci. l. anni spacium 2. §. sed  
si. ff. de requir. vel absent. damn. b l. quamcumq; 3. d. tit. l. quere-  
la. C. ad L. Cornel. de falsis. Gæddæus ad l. 131. §. 1. n. 10. ff. de V. S.  
Mynf. 4. obs 36.*

LIX.

Tricennio præscribuntur res mobiles  
& immobiles, præsertim res tanquam feu-  
dum possessa, si ejus nomine, quantumvis  
non investitus quis servitia domino præ-  
stiterit.

*Quia tunc possessor efficitur vasallus ejus cui servitia exhibuit.  
c. unic. §. si quis per 30. ann. 4. si de feudo defuncti fuerit controversia  
Mynf. 4. obs. 28. & 29. n. 1. & 2. Geil. 2. obs. 160. Vultejus 1. feud.  
c. 9. n. 15. Et sufficit semel servitium præstitisse domino pro feudo, si  
postea possederit. ut feudum arg. c. cum Ecclesia Sutrina de causa pos-  
sess. & propr. c. cum de beneficio de Præbendis in Sexto. Mynf. &  
Vultejus d. loco. Wurm. t. 51. obs. 13. n. 4.*

LX.

Item expirant omnes actiones in per-  
sonam civiles, quæ angustiori tempore  
non reperiuntur terminatæ.

*l. sicuti 3. l. cum notissimi 2. C. de præscr. 30. ann. l. receptitia 2.  
C. de constit. pec. Quales actiones sunt actio mutui, commodati, de-  
positi, legati vel fideicommissi, tutelæ. Item familia herciscundæ, com-  
muni dividundo, finium regundorum, furti, vi bonorum raptor. & c.  
l. 1. §. 1. C. de annal. except. l. neq; mutui 5. C. quibus non objicitur  
longi temp. præscr. Etiam si possessor neq; titulum neq; bonam fidem  
habeat. d. l. 1. §. 1. C. de ann. except. Quia tanto tempore omne vi-  
tium censetur purgatum. Gilk. d. tr. par. 2. memb. 1. c. 3. n. 16. & c.  
12. n. 3. Geil. 2. obs. 21. n. 9. Dyn. in c. poss 2. de R. J. in Sext. n. 27.  
ipsa quoq; actio furti & cætera actiones tolluntur. d. l. 1. C. de annal.  
except.*

Res

Res præterea minorum, *a* annuæ quoq;  
ac menstruæ præstationes præteritæ non  
futurae *b* huic præscriptioni obnoxia sunt.

*a* l. sicut 3. C. de præscr. 30. ann. l. sancimus ult. C. in quib. caus. rest. in integr. Wurm. tit. 45. obs. 1. *b* quia tot sunt præscriptiones quot sunt contractus, stipulationes & actiones. l. cum notissimi 7. §. in his 6. C. de præscr. 30. ann. atq; in præstationibus annuis ac mensuris singulis annis ac mensib. novæ oriuntur actiones. E. tot quoq; sunt præscriptiones, & sic tantum modo præteritæ, utpote jam natæ, non verò futurae nondum existentes actiones præstationesve tolluntur. Et hæc communis & receptior opinio est, ut testatur Guido Papa decis. 406. quam etiam Camera Imperialis observat. Mynf. 3. obs. 13. Geil. 2. obs. 73. Wurm. t. 45. obs. 5. nu. 4. Colerus in c. auditis, num. 14. de præscript.

Excipitur tamen ab hac præscriptione  
jus luendi pignoris, *a* & pactum de retro-  
vendendo: *b* quorum neutrum 30. anno-  
rum decursu extinguitur.

*a* Quia mera facultatis est, & in nudo facta & libero debitoris arbitrio positum & propterea præscribi nequit, arg. l. 2. ff. de via publ. & itin. Maxime cum actio nondum nata sit, quamdiu debitor pignus non repignoravit & creditori satisfacit. l. si rem 9. §. 1. & 9. ff. de pign. act. creditor *a*. interea alieno nomine re possideat. Cui accedit q; iniquum esset, plus aliquæ cosequi, quam ei debeatur, quod futurum esset, si creditor pignus præscriberet, quia pignus plerumq; excedit debitum. Quæ quoq; communis opinio est, & à Camera Imperiali recepta & approbata. Mynf. 1. obs. 16. Geil. 2. obs. 18. n. 4. & 5. Cujac. in Par. C. de præscr. 30. ann. & ad l. pignori 13. ff. hic. Wurm. tit. 28. obs. 3. *b* l. si fundum 2. C. de pactis inter emt. & vendit. arg. l. 55. ff. de fidejuss. Quia oblatio pretij æquæ est mera facultatis in voluntate venditionis posita. arg. d. l. 2. ff. de via publ. Et emtor qui redimendi potestatem venditori concessit, sit in mala fide, sua videlicet promissionis & exinde contractæ obligationis memor & conscius; talis verò de jure Canonico,

D

cui

*cui hac in parte statur, præscribere nequeat. per d. c. possessor. d. R. f. in Sexto. c. vigilanti. & c. ult. de præscr. Mynf. 1. obs. 16.*

LXIII.

Tandem contra hanc præscriptionis speciem restitutionem ex capite ignorantiae dari posse negamus.

*Per l. omnes 4. in f. C. de præscr. 30. ann. l. f. in f. C. de præscr. long. temp. Geil. 2. obs. 160. Contrariaretur enim hac restitutio præscriptionis fini, quam bono publico propter dominiorum certitudinem introductum dicit Cajus in l. 1. h. n. t. siquidem dominia rerum per eam non certa sed incerta redderentur, minusq; præciderentur lites, quas tamen consopiri ac suffocari Reip. interest.*

LXIV.

Quadragenio præscribuntur omnes actiones quæ triginta annis vel paucioribus non tolluntur.

*l. omnes 4. l. cum notissimi 7. & l. 7. C. de præscr. 30. vel 40. annor. Geil. 2. obs. 160. n. 3.*

LXV.

Item res Ecclesiasticæ immobiles præscriptibiles, quæ in commercio hominum positæ sunt.

*Auth. quas act. C. de SS. EE. c. de quarta. c. ad aures. c. illud de præscr. Nov. 111. Nov. 113. c. 6. Dyn. in c. possessor de R. f. in Sext. nu. 15.*

LXVI.

Item quæ Ecclesiis æquiparantur ut hospitalia, pauperibus & miserabilibus personis donata aut debita, aut similia.

*Canonistæ in dd. cc. Tiraquell. in tr. de privil. piæ caus. priv. 139. Treutl. d. disp. th. 4. lit. l. Hospitalia enim & eorum bona gaudent privilegio 40. annorum: quia omnia privilegia tributa Ecclesiis exten-*



*extenduntur ad hospitalia & pia loca. Quod etiam obtinet in relictis  
& legatis factis ad pias causas, & pro redemptione captivorum & simi-  
lium, arg. d. Nov. 113. c. 6.*

LXVII.

Centum annis præscribuntur res Ro-  
manæ Ecclesiæ corporales & incorpora-  
les, mobiles & immobiles.

*Auth. quas act. C. de SS. EE. c. ad audientiam. c. cum nobis  
de præscr. c. nemo 16. q. 3. Nov. 9. quæ Nov. singulare Ecclesiæ Ro-  
manæ privilegium continet, quod tam ex rubrica, quæ tam secundum  
veterem, quàm novam translationem suam inscriptionem habet;  
quàm ex verbis ejusdem initialibus satis abundè probari potest Sali-  
cetus in l. unic. C. de usuc. transf.*

LXVIII.

Quam præscriptionem etiamnum ho-  
die de Jure Civili obtinere, neque Auth.  
Quas actiones. C. de SS. EE. & d. Nov. 9.  
per Nov. 111. & Nov. 113. correctam esse  
arbitramur.

*Genus enim nunquam derogat speciei, sed species generi. l. in toto  
jure 80. de R. J. dictæ Nov. 111. & 113. sunt generales: quia genera-  
liter & latius habent subjectum. d. auth. v. quas actiones. & d. Nov.  
9. sunt speciales, quia tantum loquuntur de Romana Ecclesia. Dero-  
gat ergò dd. NN. tantum ultimæ legi. C. de SS. EE. ubi idem genera-  
le subjectum habetur. Quandoquidem secundum Logicorum cano-  
nem omnis negatio & derogatio de eodem subjecto intelligenda. Fa-  
chin. 8. contr. c. 3.*

LXIX.

Centenariæ præscriptioni annumera-  
tur tempus immemoriale, hoc est, cujus  
initii memoria non amplius inter homi-  
nes extat.

D 2

Quod

*Quod tempus non est certum ac determinatum in jure, sed diversa intervalla habere videtur. arg. l. 7. C. de Codicillis. Unde interdum 100. anni, interdum pauciores, interdum plures requiruntur. arg. l. 28. ff. de prob. l. 2. §. 8. ff. de aqu. pluv. arc. glossa in c. cum nobis, super verbum centum. de præscr. Cravetta in tr. de antiquit. temp. p. 4. Coepolla de servit. c. 19. in pr.*

LXX.

Utriusq; decursui subjacent Imperium, jurisdictio *a* vectigalia & alia regalia ac reservata Principis *b* aliàs per prescriptionem non recipientia.

*a arg. l. viros 8. & ibid. gloss. C. d. divers. offic. lib. 12. l. 2. C. de Fund. Limotrophis. lib. 11. c. irrefragabili. de off. jud. ord. c. cum contingat de foro comp. b utpote minora, Principi in singularis privilegii signum concessa, ut legitimatio spuriorum, creatio tabellionum, exactio pedagiorum & similibus. c. super quibusdam 26. §. præterea de V. S. arg. l. comperit 6. C. de præscr. 30. annor. Canonistæ in c. 1. de præscr. in Sext. Balbus d. tr. par. 2. par. 3. q. 6. n. 13. & 14. In quibus tamen præscribenti patientia & scientia superioris necessaria. Geil. 1. obs. 16. n. 17. Hartmannus Hartm. tit. 46. obs. 2. n. 2. & 3.*

LXXI.

Quæ reservatorum præscriptio tamen ita exaudienda, ut superioritas Principi maneat salva: siquidem adversus subditos æterna authoritas esse debet.

*Quia Principis seu Imperatoris potestas est Catholica. l. deprecatio 9. ff. ad L. Rhod. de jactu. Nov. 69. c. 1. in pr. juris divini auctoritate munita ad Rom. 13. l. 1. in pr. C. de V. J. E. Nov. 6. in pr. Nov. 28. c. 4. in f. unde nemo, ut non subsit, præscribere potest: quia superioritas & obædientia non est præscriptibilis. l. sæpenumero 1. C. ne rei dominicæ. c. cum inter 5. de consuetud. c. cum non liceat. de præscr. l. f. C. de Fund. Patr. arg. l. 6. C. de præscr. 30. ann. Geil. 1. obs. 21. n. 16. Nam cum Princeps sit summum caput, absurdum certè esset, si membra ab eo recedere vellent. c. nulla d. 93. c. 12. de præscr.*

Quod

Quod quamvis ita de jure obtinere debeat: tamen de facto contrarium invaluit, quo etiam libertas Principum, civitatum ac populorum contra Imperium præscribitur.

Felinus & Panormitanus in c. cum non liceat de præsc. Ut videre est hodie in Helvetijs, Borussia & alijs. Maximè verò Italis, qui hodie Cesaris superioritatem non in omnibus agnoscunt, partim de jure, partim de facto, ex quo accedente temporis diuturnitate jus nascitur. Quin præscriptionis jure se defendunt nō tantum Veneti & ipse Pontifex, verum etiam Dux Sabaudia, Mediolanenses, Florentini, Genuenses & alij complures, quorum plerique pretio dato sese ab Imperatore Rudolpho I. redemisse, & tanto temporis accessu libertatem præscripsisse gloriantur. Bodinus 1. de Rep. 9. Sigonius lib. 20. de Regno Ital. Pauermeister lib. 2. de jurisd. c. 4. Schönborn lib. 5. Pol. c. 7. Dn. Gryphander d. tr. de statu Imperij c. 14.

Et hæc præscriptio nunquam intelligitur exclusa, neq; per leges, neq; per statuta, quibuscunq; etiam verbis generalibus utantur.

Borcholt. ad c. unic. quæ sint Regalia. n. 17. Angel. & Felin. in rubr. de præscr. Schneidw. in I. hic. n. 34. quia talis præscriptio habet vim privilegij & equiparatur privilegio. arg. l. 3. §. aqueductus. ff. de aqu. quotid. c. super quibusdam 26. §. præterea de V. S. Andr. de Isernia in d. c. un. in verbo flumina. Quæ sunt Regalia in usibus FF. Geil. 1. obs. 21. n. 15. Hartmannus Hartm. tit. 46. obs. 2. n. 2. Habetur pro veritate & titulo legitimè constituto. d. l. 3. §. ductus aqua ff. de aq. quotid. Myns. 1. obs. 30. Hinc in ea titulus & bona fides semper præsumitur, etiamsi non allegetur: quia tanto tempore possessum, præsumitur justè possessum ab authoribus. c. 1. de præscr. in Sexto. Balbus d. tr. par. 2. q. 3. q. 6. n. 17. & 18. Non enim inspicitur quale fuerit præscriptionis initium, cum illud dari nequeat, sed ipsa præscriptio pro titulo

*Et bona fide habetur. Matth. de Afflict. & Dd. in d.c. que sint Regal. Dn. Gryphander in lectione sua inaugurali de opinione & veritate juris. Dyn. in d. c. possessor 2. de R. J. in Sexto n. 29.*

LXXIV.

*Effectus præscriptionis præcipuus ac proprius est, ut per eam rei habilis dominium & quidem plenum ac perfectum possessori acquiratur.*

*l. usucapio 3. ff. h. t. n. pr. I. eod. l. traditionibus 20. C. de patris. l. adquiruntur 10. §. non solum 2. ff. de A. R. D. l. cum qui ades. 23. ff. d. t. de usuc. l. nec utilem 20. ff. ex quib. caus. maj. l. Julianus 17. in f. ff. de R. V. l. 8. C. de præscr. 30. ann. auth. nisi tricennale. C. de bon. mat. Rejēta omni distinctione directi & utilis dominii, quæ nulla est, & si qua fingatur apertissimis legibus contrariatur; siquidem leges nullum planè utile dominium agnoscunt, sed simpliciter de dominio proprietatis loquuntur, in quo ut potentiori significatu verba. LL. etiam sunt exaudienda. arg. l. 3. ff. de Tutela. Proprietatis enim dominium tantum unicum, duo autem unius rei in solidum domini esse nequeunt. l. sicut certo loco. §. 15. ff. Commodati. Jus quoque quo res aliqua, nostra est, unicum quoque est, & quamvis usus à re ipsa separari potest, eiq; rursus consolidari, tamen hoc per accidens tantummodo contingit, quo res & usus ejus differunt, quod secundum doctrinam Metaphysicorum diversas species non constituit. Donell. §. Comm. 29. Obrectus disp. 26. th. 308. & seqq.*

LXXV.

*Adquiritur quoque exceptio, quæ regulariter in omni præscriptione locum habet, a & litis contestationem impedit. b*

*a l. unic. C. de usuc. transf. l. 30. vers. omnis autem temporalis exceptio. C. de jur. dot. l. super 11. C. de long. temp. præscr. l. sicut 3. in verbis, sed si qua res & c. de præscr. 30. ann. l. 8. §. 1. eod. arg. l. invitatus 156. §. 1. de R. J. Et licet aliàs præscriptionis & exceptionis vocabulum ut plurimum promiscuè usurpetur. arg. t. t. ff. & C. de except. & præscr. l. 3. §. 1. ff. de prævaricat. l. 12. ff. de inoff. test. tamen hic accipitur pro tali exceptione, quæ ex tempore nascitur. l. intra 4. 10. §. 1. ff. de di-*

de divers. & temp. præscr. Donell. 16. Comm. 8. Alciatus in rubr. de præscr. n. 4. b. c. 1. de lit. contest. in 6. Wesemb. in Par. hinc nu. 14. arg. l. 8. §. 1. C. de præscr. 30. ann. & cons. 14. n. 67. præscribens enim exceptione munitur adversus agentem, qua se tueri potest, quod etiam in publicis accusationibus procedit. l. querela falsi 12. C. ad L. Cornel. de fals. Quatenus videlicet præscribens exceptionem opponit, quod si non faciat, procedunt ejusmodi accusationes. Myns. 4. obs. 35.

LXXVI.

Obligationem tandem non modò civilem, verùm etiam naturalem eousque ope exceptionis præscriptio debilitat, ut nullum plerumq; effectum consequatur.

arg. l. f. §. 1. ff. rem ratam haberi. c. ad aures de præscr. Unde ille qui præscripsit plenissima munitione securus est. l. omnes 4. in f. C. de præsc. 30. ann. & tempore liberatus est similis ei qui satisfecit. l. 45. ff. de administr. & per tut. adeò ut etiam præscriptione tutus si solverit, solum tanquam indebitum repetere possit. Balbus d. tr. par. 1. q. 6.

LXXVII.

Quoad contraria, præscriptioni adversantur ejus cœptæ interruptio a quæ est vel naturalis, cum ipsa possessio aliquo facto re ipsa tollitur, amittitur, interpellatur. b

a l. usurpatio 2. ff. h. n. t. l. qui universas 30. §. 1. de A. P. l. 1. l. 2. l. ult. C. de Ann. exc. b l. sequitur 4. §. si tamen 22. & seq. l. naturaliter 5. l. si is 15. ff. h. t. n. l. 12. §. 2. ff. de capt. & postl. rev. l. qui universas 30. §. item 3. l. 3. §. Labeo 17. ff. de A. P. Et hæc naturalis interruptio in facto potissimum consistit. Donell. 5. Comm. 21. In rebus verò incorporalibus ut in servitutibus interruptitur præscriptio perditâ possessione Fundi dominantis. l. si ades 32. §. 1. ff. de S. V. P. item intervertitur cessante patientia per objectum aliquod impedimentum vel prohibitionem. d. l. sequitur 4. §. si viam. ff. hinc. Et ratio est quia in his quasi possessio nihil aliud est quàm patientia adversarij. l. quotiens 15. ff. de servit. quæ illicò, cum quis desinit pati, interruptitur.

Quod

Quod etiam obtinet in alijs juribus, jurisdictione & similibus, in quibus, cum unus sit actus, per quem quis prohibetur jure illo uti, interrumpitur quasi possessio & præscriptio. c. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & proprietat.

LXXVIII.

Vel Civilis: quæ fit per citationem, vel litis contestationem.

*l. si pater. C. ne de stat. defunct. l. 1. l. 2. C. de præscr. long. temp. l. nemo ambigit 10. C. de A. P. l. moræ 26. C. de R. V. l. cum notissimi 7. l. f. C. de præscr. 30. ann. l. 2. §. 1. C. de recept. arb. l. 3. C. de ann. exc. Nov. 119. c. 7. auth. mala fides. C. de præscr. long. temp. Donnell. 5. Comm. 21. Geil. 1. obs. 74. nu. 20. Myns. 4. obs. 26. num. 5. Wurms. tit. 45. obs. 8. & 9. Et licet interdum lis nondum contestata sit, effectus tamen quoad interruptionem perinde sequitur, ac si lis contestata esset. l. 2. C. de ann. exc. l. 1. l. 2. C. quando libell. principi oblat. Rauchbar par. 2. q. 28. n. 43.*

LXXIX.

Obstant quoq; alia impedimenta, ut ætas pupillaris, a bellū, pestis & similia. b

*a l. bonæ fidei 48. ff. de A. R. D. Cujacius ad l. 4. §. si pupillus. ff. b. t. n. b quibus quis jus suum persequi impeditur. l. 1. & ult. C. de ann. exc. c. ex transmissa de præscr. Et durantibus hujusmodi impedimentis præscriptio non currit, sed dormit, neq; tamen interrumpitur, sed impedimentis sublatis tempus sequens cum præcedenti continuatur. t. t. C. in quibus cesset long. temp. præscriptio. d. l. 1. §. ult. C. de ann. exc.*

LXXX.

Tandem præscriptioni contrariatur restitutio in integrum a pactum vel statutum, quo præscriptio æquè ac lege tolli ac prohiberi potest. b

*a l. unic. C. si advers. usuc. l. 1. ff. ex quib. caus. maj. c. ex transmissa de præscr. b Baldus in auth. quas act. C. de SS. EE. & servatur hoc quoq; in Camera Imperiali, ut præscriptio 30. vel 40. annor. pacto tollatur. testante Weseembecio d. l. ¶*

Jena, Diss., 1614


ULB Halle 3  
002 045 826



Sb.

W. A.









B.I.G.

Farbkarte #13

EXERCITIUM THEORICO-PRACTICUM  
DE  
*Utilissima & frequentissima*  
**USUCAPIONUM**  
ET PRÆSCRIPTIONUM  
MATERIA.

1614, 19

19

Quod

*AUSPICANTE*

DEO TRIUNO, OPTIMO, PRÆPOTENTISSIMO.

*JUDICANTE*

Nobilissimo & Amplissimo Jctorum ordine,

*PRÆSIDENTE*

*Clarissimo & Consultrissimo Viro*

**D<sup>N</sup>. JOHANNES SVEVIO,**  
**J. U. D. & P. P. NEC NON CURIÆ**

Provincialis & Scabinatus Adfessore dignissimo, Præceptore  
& affine suo omni observantiæ cultu pro-  
sequendo.

*IN ILLUSTRIS SALANA*

*Publicè examinandum proponit*

**JOHANNES STADIUS STYRUS,**

Ad diem 18. Junii, Anno 1614.

*J E N Æ*

TYPIS HENRICI Rauchmaulæ.